

PRAXAGORAS ATHENIENSIS.

Praxagoras Atheniensis postremis Constantini M. temporibus vel sub Constantio imperatore, ut videtur, Vitam Constantini M. libris duobus, Res Alexandri Magni libris sex, denique De regibus Athenarum libros duos dialecto ionica conscripsit, testante Photio.

Photius cod. 62, p. 20 ed. Bekk. : Ἀνεγνωσθη Πραξαγόρου [τοῦ Πραξαγόρου addit cod. A.] τοῦ Ἀθηναίου τῆς κατὰ τὸν μέγαν Κωνσταντίνον ἱστορίας βιβλία δύο. Ἐν οἷς λόγοις διέξειν, διτὶ δ πατὴρ Κωνσταντίνος Βρετανίας ἔδασίλευσε, Μαξιμῖνος δὲ τῆς Ἀριανίας καὶ τῆς ἄλλης Ἰταλίας καὶ Σικελίας, δὲ δὲ ἕπερος Μαξιμῖνος τῆς τε Ἑλλάδος καὶ τῆς κάτω Ἀσίας καὶ Θράκης. Διοκλητιανὸς δὲ, δ καὶ τῶν ὅλων πρεσβύτατος, τῆς τε Βιθυνίας ἥρχε καὶ τῆς Ἀραβίας καὶ τῆς Λιβύης καὶ τῆς Αἰγύπτου, διηγένετο Νείλος ἐπεργόμενος ἀρδει. Τὸν οὖν Κωνσταντίνον δ πατὴρ πέμπει παρὰ Διοκλητιανὸν εἰς Νικομηδίαν παιδεύθησκεν. Παρὼν δὲ, φησὶ, Μαξιμῖνος, δ τῆς κάτω Ἀσίας βασιλεύων, εἰς ἐπιθυμίας ὅρμησε τοῦ νέου καὶ πρὸς μάχην λέοντι ἀγρίῳ καθίστησι τὸν νεανίαν. Οὐ δὲ τὸ μὲν θηρίον κρατήσας ἀνεῖλε, τῆς δὲ ἐπιθυμίας αἰσθόμενος φεύγει πρὸς τὸν πατέρα· οὐ τὸν βίον λιπόντος, δ παῖς ἐκδέχεται τὴν βασιλείαν. Ταύτης δὲ ἐπιθύμης, Κελτοὺς καὶ Γερμανούς, ἔθνη πρόσοικα καὶ βάρβαρα, κατεστρέψατο. Ἀσελγῶς δὲ καὶ βαρώς τῶν ὑπηκόων ἀρχεῖν Μαξέντιον μαθὼν (οὗτος δ' ἀρ' ἦν μετὰ Μαξιμῖνον τῶν ἐν Ἀριανίᾳ καταστὰς κύριος), ἐστρά-

τευσεν ἐπ' αὐτὸν, δίκας τῆς εἰς τοὺς ἀρχομένους παρανομίας πραττόμενος. Καὶ μάχη νικήσας ἐς φυγὴν ἔτρεψε. Φευγὼν δὲ, ἦν τοῖς πολεμίοις αὐτὸς ἐδόλορράξει μηχανὴν, ταῦτην εύρατο τοῦ βίου καταστροφὴν, τῇ παρ' αὐτοῦ κατασκευασθείσῃ διώρυγι περιπτών. Τὴν μέντοι τούτου κεφαλήν τινες τῶν Ἀριανῶν ἀποτεμόντες καὶ ξύλῳ ἀρτήσαντες τὴν πόλιν περιεπόλευν. Κωνσταντίνῳ δὲ καὶ ἦδε ἡ βασιλεία προθύμως καὶ χαίρουσα προσεχώρησεν. Ἐπει δὲ καὶ Λικίνιον ὡμῶς καὶ ἀπανθρώπως τοῖς ὑπηκόοις ἀποκεχρημένον ἐπιυνθάνετο (οὗτος δὲ τῆς μοίρας ἐκείνης ἔβασιλευσεν, ἦς Μαξιμῖνος δ τὴν ἐπιθυμούλην Κωνσταντίνῳ διὰ τοῦ λέοντος προσενεγκὼν ἐπεστάτει, αὐτῷ τὸν βίον λιπόντος), οὐκ ἐνεγκῶν διοφύλων ὑδριον ἀφόρητον, ἐστράτευεν ἐπ' αὐτὸν, τῆς τυραννίδος αὐτὸν εἰς τὸ βασιλικῶς ἀρχεῖν μεταστησόμενος. Λικίνιος δὲ τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιστρατείαν ἀκούσας καὶ δείσας, ἔκρυπτε τὴν ὡμότητα φιλανθρωπίας προσχήματι, καὶ ὅρκους ὑπέτεινεν, ὅγαθόν τε ἐαυτὸν τοῖς ὑπὸ χειρά παρασχέσθαι, καὶ δὲς ἔθετο σπονδᾶς συντηρεῖν ἀπαραβάτους. Διὸ τότε μὲν δ βασιλεὺς ἀπέστη τοῦ πολεμεῖν. Ήστερον δὲ, ἐπει κακία ἡρεμεῖν οὐχ οἴλα τέ ἔστι, καὶ τῶν ὅρκων ἡφεδόντα καὶ ἔς πᾶν κακότητος ἐλλήσκότα καταπολεμήσας μάχαις κρατεραῖς, καὶ ἐν τῇ Νικομηδίᾳ συγκλείσας ἐπολιόρκει. Κάκεΐθεν ἐν ἵνετου πρὸς βασιλέα καταφυγόντα σχήματι κατέλιπεν ἡ βασιλεία. Καὶ συνέβη τὸν μέγαν Κωνσταντίνον, τῆς μεγάλης ἀρχῆς τὸν ἀξιον ἐπιζητούσης, εἰς ἐαυτὸν τὸ.

Lecti sunt Praxagorae Atheniensis *De gestis Constantini Magni historiarum libri duo*: quibus narrat Constantini patrem Britanniae imperasse, Maximinum (*M. Aurelium Valerium Maximianum Herculium*) Romae et ceterae Italiae atque Siciliæ regnum tenuisse; alterum vero Maximinum (*C. Galerium Valer. Maximianum*) Graeciam, minoremque Asiam ac Thraciam occupasse; Diocletianum autem, qui ceteros aetate anteibat, Bithyniam tenuisse; Arabiam item et Africam atque Aegypti omnem oram, quam Nilus alluit (*an. 292*). Igitur Constantimum patrem ad Diocletianum Nicomediam erudiendum misit. Aderat tum forte Maximinus ille (*C. Galerius Valerius Maximianus*), qui inferiori Asiae imperitabat. Is insidias adolescenti tendere animum inducens, ad pugnam cum fero leone ineundam eum compositum (*Idem narrat Zonaras II, p. 623 Bonn.*) Ille vero feram superans occidit, deprehensisque insidiis, ad patrem confudit; quo vita defuncto (*306 Juli. 25*), regnum filius exceptit. Eo potitus Gallos et Germanos, gentes finitimas ac barbaras, in potestatem redigit. Cognito deinde impotenter ac tyrannice subditis imperare Maxentium (hic post Maximinum Romæ imperio potitus erat), expeditionem adversus eum suscepit, poenas tyrannidis quam in subditos exercebat, exacturus. Mox prælio superior in fugam tyrannum convertit.

Ille vero fugiens, quem hostibus per dolum interitum machinatus est, ipse reperit, in foveam, quam aliis paraverat, delatus (*312 Oct. V. Zos. II, 16*). Hujus caput Romani a corpore resectum hastæque impositum per urbem geistarunt, et victori Constantino libentes se ac volentes etiam hujus regni incole tradiderunt. Auditu rursum Liciniū quoque crudeliter et inhumane suis abuti (cui pars illa imperii obvenerat, quam Maximinus ille, qui Constantino per leonem insidias struxerat, usque ad mortem tenerat), non serens intolerandam civibus vim atque injuriam inferri, copias item contra hunc eduxit, quo tyrannidem legitimo commutaret imperio. Licinius vero intellecta in se expeditione, metu percusus immanitatem texit, humanitatisque speciem præferens jurejurando etiam se obstrinxit clementem deinceps subditis futurum, quæque foedere icto promisisset, integre servaturum. Quamobrem bello tunc imperator abstinuit. Postea tamen (ut conquiescere improbitas nequit) violati iuriſurandi reum atque in omne flagitorum genus delapsum, magnis præliis victim in Nicomedia urbe inclusum obsedit. Hinc supplicis habitu ad Constantium fugienti ademptum imperium est, et Constantino Magno traditum. Sic, magno imperio dignum desiderante imperatore, Constantinus tandem quæ diximus regna sibi vindicavit. Patrium enim regnum jure hereditatis adiit, Ro-

Cambridge University Press

978-1-108-01665-0 - Fragmenta Historicorum Graecorum, Volume 4

Edited by Karl Muller

Excerpt

[More information](#)

BEMARCHIUS. EUSTOCHIUS.

3

εἰρημένας βασιλείας ἐπισπάσασθαι. Τῆς τε γὰρ πατρώας καληρονόμος ἐγένετο καὶ τῆς Ῥωμαίων, καταλύσας Μαξιμίνον (ι. Μαξέντιον), Ἐλλάδος τε καὶ Μακεδονίας καὶ τῆς κατὰ Ασίας, παραλύσας τῆς ἀρχῆς τὸν ὥρθεντα Λικίνιον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης μοίρας, ἡς ἡρχεῖ Διοκλητιανός, αὐτὸς ἀνεδήσατο τὸ κράτος. Οὐ γὰρ Λικίνιος καὶ ταῦτην εἶχεν ἕντευτον, Μαξιμίνου πόλεμον νόμῳ ἀφελῶν, δεὶς Διοκλητιανοῦ διάδοχος ἐγεγόνει. Κρατυνάμενος οὖν καὶ μίαν δεῖξας τὴν σύμπασαν βασιλείαν, κτίζει τὸ Βυζάντιον ἐπώνυμον ἔστι τῷ. Φησιν οὖν δι Πραξαγόρας, καίτοι τὴν θρησκείαν Ἑλληνῶν, δι τοσόντις ἀρετῇ καὶ καλοχαράθῃ καὶ παντὶ εὐτυχήματι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευότας δι βασιλεὺς Κωνσταντίνος ἀπεκρύψατο. Ἐν σίς αὐτοῦ καὶ οἱ δύο συμπερανοῦνται λόγοι:

Ἐτος δὲ τῆς ἡλικίας ἡγε δεύτερον καὶ εἰκοστὸν Πραξαγόρας, ὡς αὐτός φησιν, ὅτε ταῦτα συνέγραψε. Συνεγράψατο δὲ δι αὐτὸς καὶ ἔτερα βιβλία δύο Περὶ τῶν Ἀθήνης βασιλευσάντων, ἔτος ἀνύνων ἐνεκάπεδατον. Συνέταξε δὲ καὶ ἔτερα βιβλία ἔξι Εἰς τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα Ἀλέξανδρον, τριακοστὸν πρῶτον ἐλαύνων ἐνιαυτόν. Ἐστι δὲ τὴν φράσιν σαφῆς καὶ ἡδύς, δίλγον δὲ τοῦ δέοντος ἀτονώτερος. Κέρηται δὲ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ.

BEMARCHIUS CÆSARIENSIS.

Suidas: Βημάρχιος, Καισαρεὺς ἐκ Καππαδοκίας. Οὗτος ἔγραψε τὰς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως πράξεις ἐν βιβλίοις δέκα, Μελέτας τε καὶ λόγους διαφόρους. Eadem Zonaras p. 386. Ex opere historico nihil servatum. Scripsit sub Constantio, cuius laudes (orationibus) celebrasse dicitur a Libanio De vita sua, tom I, p. 24 et 30^o sqq. ed. R.

Subjicere licet mentionem PALLADI METHONÆ, qui iisdem fere temporibus florens, librum *De festis Romanorum* scripsisse perhibetur. Sui-

manum everso Maximino (*Maxentio*), Graeciae denique et Macedoniae Asiæque minoris exuto, ut diximus, regno Licinius; verum etiam ejus partis, cui Diocletianus præfuerat, imperium sibi adjunxit. Nam hanc quoque belli jure Maximino ademptam, qui Diocletianus successerat, tenebat Licinius. Victor itaque, et unum ex omnibus imperium conflans, mox Byzantium cognominem sibi civitatem fecit. Refert autem Praxagoras, quamquam gentilis homo est, omni virtutum atque honestatis genere omniisque felicitate cunctos qui antecesserint imperatores obscurasse Constantinum. In his duo ipsis Historiarum libri terminantur.

Ceterum annos natūs erat duos et viginti Praxagoras, ut de se ipse testatur, quum haec commentatus est. Scripsit etiam *De regibus Athenarum* libros duos, annum agens undevicesimum. Porro libros sex *De rebus gestis*

das: Παλλάδιος, Μεθωναῖος, σοφιστής. Γέγονε δὲ ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως. Περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἔορτῶν. Διαλέξεις. Λόγους διαφόρους, Ὁλυμπιακόν, Πανηγυρικόν, Δικανικόν. Cf. Eudocia p. 352. Ad hunc, ut videtur, Palladium Libanius scripsit Ep. 573 etc. Adde Phot. cod. 132: Ἀνεγνώσθησαν Παλλαδίου σοφιστοῦ μελέται διάφοροι, καὶ Ἀφθονίου καὶ Εύσεβου σοφιστοῦ καὶ Μαξίμου σοφιστοῦ Ἀλεξανδρέως. Ἀλλὰ τῶν ἄλλων δι Παλλάδιος κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν τὴν ἐν λόγοις ἐπὶ πλείστον διενήνοχεν. Cf. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* 93, 14.

EUSTOCHIUS CAPPADOCIA.

Suidas: Εὐστόχιος, Καππαδόκης, σοφιστής. Εγραψε Τὰ κατὰ Κώνσταντα τὸν βασιλέα, καὶ Ἀρχαιολογίαν Καππαδοκίας καὶ λοιπῶν (num ἄλλων?) ἐθνῶν.

Archæologiam hujus scriptoris ante oculos habuit Stephanus Byz.: Παντικάπατον, πόλις μεγίστη, τῶν κατὰ Βόσπορον μητρόπολις. Ωχίσην δὲ παρὰ Αἴγιτου παιδός, λαθόντος τὸν τόπον παρὰ Ἀγαπίτου τοῦ Σκυθῶν βασιλέως, καὶ καλέσαντος τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ Παντικαποῦ (Παντικαπᾶ cod. Palat.). Ο πολίτης Παντικαπαιεὺς. Λέγεται καὶ Παντικαπαιάτης. Εστι δὲ Παντικαπαιεὺς ὃς ἀπὸ τοῦ Παντικάπητος, ὃς τοῦ Σινώπη τὸ Σινωπεύς. Τὸ δὲ Παντικαπαιάτης (Παντικαπᾶ codd. Rhedig. et Salmas.) κείται παρὰ Εὔστοχῷ.

Alius Eustochius est medicus et Plotini discipulus, qui scripta magistri ordinavit, de quo v. Porphyr. in Vit. Plotini c. 7. Eustochium Syrum e Palestina rhetorem habes ap. Libanum Ep. 699: Εὐστόχιον οἰσθά που τὸν ἐκ Παλαιστίνης τὸν νόμων τε πλήρη καὶ τῇ τῶν λόγων ῥώμῃ βοηθοῦντα τοῖς νόμοις.

Alexandri Magni Macedonum regis composuit, astatī anno primo et tricesimo. Stylus illi apertus est et jucundus, nonnihil tamen aequo languidior. Dialecto denique usus est Ionicā.

Panticapœum, urbs maxima, earumque quae in Bosporo sunt metropolis, condita est ab Ζεταῖ filio, qui locum illum ab Agaete Scytharum rege acceperat, nomenque urbi indidit a Panticape sluvio præterfluente (cf. Herodot. 4, 18; Dion. 314; Mela, 2, 1, 5). Civis Panticapœnsis (cf. Strabo 2, p. 74; 11, p. 494). Dicitur etiam Panticapœates. Formatur vero Panticapœnsis, quasi ab urbis nomine Panticape; quemadmodum a Sinope fit Sinopensis. Forma Panticapœates vero reperitur apud Eustochium.

1.

MAGNUS CARRHENUS.

EUTYCHIANUS CAPPADOX.

Magnus, ex Carrhis Mesopotamiae urbe oriundus, et Eutychianus Cappadox Juliani imperatoris expeditionem Persicam, cui uterque interfuerat, literis tradiderunt. Et Eutychianus quidem in bello isto dux Armeniorum fuit, testante Joanne Malala. Magnus autem, ni fallor, idem est cum Magno tribuno, cuius Zosimus (III, 22, 8) et Ammianus Marcellinus (XXIV, 4, 24) de Ctesiphontis urbis oppugnatione agentes mentionem faciunt. De alio quodam Magno, Nisibeno ex Mesopotamia, iatrosophista, qui historici nostri fere aequalis fuit, vide Eunapium in Vit. Sophist. p. 103 ed. Boisson. et Theophilum De urin. proem. Eutychianus, nescio num idem cum nostro an diversus ab eo, laudatur apud Codinum De orig. Constantinop. p. 18 ed. Bonn., ubi quae de Byzantii muris Constantinianis et de encæniis urbis leguntur, ea ita se narrasse auctor dicit, καθὼς ἱστοροῦσι Εὐτυχιανὸς πρωτοσηκρήτης διγραμματικὸς (*) καὶ Εὐτρόπιος δισοφιστῆς, διτῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ συμπαρὼν ἐν Περσίδι, καὶ ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου (sic cod. Vat. δ. ἐπ. Κωνσταντίνους νγο) Ἐλεύσιός τε διάκονος διφλόσιοφος, Τρωίλος διρήτωρ, διπολλὰς ἀργάδης μετὰ δόξης ἀνύσσος, καὶ Ἡσύχιος διταγογράφος. Οὗτοι πάντες αὐτόπται γενόμενοι τῶν τηνικῶν πραγμάτων ἀκριβῶς ταῦτι συνεγράψαντο. — Qui hoc loco præter Eutychianum et Eutropium citantur Eleusius, Troilus et Hesychius notarius, dum historias scripserint, parum liquet. Troilus, quem aliunde novimus, de Constantinopoli urbe a Constantino exornata in *Orationibus* disseruisse videtur. Suidas: Τρωίλος, σοφιστής, παιδεύσας ἐν Κωνσταντίνου πόλει. Λάγους πολιτικούς, ἐπιστολῶν

(*) Ab hoc Eutychio genus duxerit Eutychianὸς δινέος, qui Agathiae auctor suasorumque fuit scribendæ historiæ, ἀνὴρ τὰ πρώτα τελῶν ἐν τοῖς τῶν βασιλέων ὑπογραφεῖσι, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθίες καὶ ἀγγινώστατος, παιδείας τε ἀποχρώντως ἔχων, καὶ τοῦ τῶν Φλωριδῶν γένους ἄριστον ἐγκαλλώπισμα γεγενημένος; (Agathias proem. p. 7, 18 ed. Bonn.)

Imperator Julianus contra Sabburarsacen (*Saporem Arsacen*), Persarum regem, exercitum ducens, Hierapolim venit, missis in Samosata Euphratesiæ urbem, qui navigia fabricarent, parsum lignea partim coriacea, uti tradit sanguissimum Magnus Carrhenus chronographus, qui hoc bello sub Juliano militavit. Hierapoli discedens imperator Carrhas venit; hinc via sese in duas partes finit, quārum

βιβλία ζ'. Troili Prolegomena in Hermogenem editit Walz. in Rhett. Gr. tom. VI. Ceterum Troilus Sidetes (Socrat. H. Eccl. VII, 27) non Constantini Magni aequalis fuit, uti Georgius Codinus dicit, sed initio saeculi quinti, sub Theodosio II floruit. Nam amicus fuit Anthemii, qui pro Theodosio II puero Orientis regnum administravit (an. 408 sqq. Vide Socrates VII, 1 et 27; Synesius Epist. 73; Tillemont Hist. des emp. VI, p. 4. 9). Eandem rhetoris ætatem inde colligis quod Socrates VI, 6 (ex eoque Nicephorus Callist. XIII, 6) Eusebium, quo tempore carmen de rebus Gainæ Gothorum ducis (qui mortuus est post an. 400) scripserit, Troilum sophistam audisse refert. Jam quum de Troili ætate errasse Codinum pateat, fortasse etiam de Hesychio similiter lapsus est. Certe constat pleraque, quae de Constantinopolitanis originibus Codinus tradit, ex Hesychii Milesii Illustris Chronicorum libro sexto esse descripta, adeo ut proclivis sit conjectura hunc ipsum Hesychium Milesium, qui Anastasi et Justiniani temporibus vixit, a Codino laudari. Ceterum si duos Hesychios, alterum notarium, alterum illustrem, distingui malueris, per me licebit.

(DE JULIANI BELLO PERSICO.)

Malalas Chron. p. 328, 20 ed. Bonn.: Καὶ κατὶών διαύτος βασιλεὺς Ἰουλιανὸς κατὰ Σαββουραρσάκου, βασιλέως Περσῶν, κατέφθασεν ἐν Ιεραπόλει· καὶ πέμψας κατετεκένασε πλοῖο ἐν Σαμοσατοῖς, πόλει τῆς Εὐφρατησίας, τὰ μὲν διὰ ξύλων, τὰ δὲ διὰ βυρσῶν, ὡς δισφύτατος Μάγνος διχρονογράφος δικαρρηνὸς, δισυνάντων Ἰουλιανῷ βασιλεῖ, συνεγράψατο. Ἀπὸ δὲ Ιεραπόλεως ἐξελθὼν ἦλθεν ἐν Κάρραις τῇ πόλει· κακεῖθεν εὗρε δύναδον, μίαν ἀπάγουσαν εἰς τὴν Νίσιδιν πόλιν, οὓσαν ποτε Ψωμαλῶν, καὶ ἀλλὴν ἐπὶ τὸ Ψωμαϊκὸν κάστρον τὸ λεγόμενον Κιρκήσιον, κείμενον εἰς τὸ μέσον τῶν δύο ποταμῶν τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Αρορᾶ· ὅπερ ἔκτισε Διοκλητιανὸς, βασιλεὺς Ψω-

una in Nisibin duxit, urbem Romanis olim subjectam; altera in Circesium tendit, castrum Romanum, quod Euphratem inter et Aboram fluvios medium, a Diocletiano exstructum est. Julianus itaque diviso exercitu, armatorum sedecim millia Nisibin versus expedivit, sub Sebastiani et Procopii ducti; ipse autem ad Circesium castrum ducit iter. Ubi militum stationariorum sex millibus, quos ibi

MAGNI ET EUTYCHIANI FRAGMENTA.

5

μαίων. Καὶ μερίσας τὸν στρατὸν διάτοις βασιλεὺς πέμπει ἐπὶ τὴν Νίσιδιν δύπλιτας ἀνδρας μυρίους ἔξακισχιλίους μετὰ δύο ἔξαρχων Σεβαστιανοῦ καὶ Προκοπίου. Καὶ κατέφθασεν διάτοις Ἰουλιανὸς τὸ Κιρκήσιον κάστρον· καὶ ἔάσας καὶ ἐν τῷ Κιρκήσιῳ κάστρῳ, δύσις εὗρεν ἐγκαθέτους στρατιώτας ἔξακισχιλίους, προσθεῖς αὐτοῖς καὶ ἀλλούς διπλίτας ἀνδρας τετρακισχιλίους μετὰ ἔξαρχων δύο Ἀκκαμέους καὶ Μαύρου. Καὶ ἐξῆλθεν ἑκεῖθεν, καὶ παρῆλθε τὸν Ἀνδροβάνην ποταμὸν διὰ τῆς γεφύρας, τῶν πλοιῶν φθασάντων εἰς τὸν Εὐφράτην ποταμὸν· διντινῶν πλοιῶν ὑπῆρχεν διάριμδες διακοσίων πεντήκοντα. Καὶ συναθροίσας τὸν ἵδιον αὐτοῦ στρατὸν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ Ἀνατολιον μάγιστρον καὶ Σαλούστιον ἐπαρχὸν πρατιτρίων καὶ τοὺς στρατηλάτας αὐτοῦ, ἀνελθὼν ἐν ὑψηλῷ βρύματι δί' ἑαυτοῦ προσεφύνησε τῷ στρατῷ, ἐπαινῶν αὐτοὺς καὶ προτρεπόμενος προθύμως καὶ σωφρόνως ἀγωνίσασθαι κατὰ Περσῶν. Καὶ εὐθέως ἐμβαίνειν εἰς τὰ πλοῖα ἐπέτρεψεν, εἰσελθὼν καὶ αὐτὸς διὰ βασιλεὺς εἰς τὸ εὐτρεπισθὲν αὐτῷ πλοῖον, καὶ προηγεῖσθαι αὐτῷν προσκούλακάτορας προσέταξεν ἀνδρας γενναῖους ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν λαγκιαρίων καὶ ματτιαρίων χιλίους πεντακοσίους, κελεύσας βαστάζεσθαι καὶ τὰ σύγνα αὐτοῦ καὶ τὸν κόμητα Λουκιανὸν (*sic etiam Zosim., III, 14, 3. Λουκιλλιστὸν sec. Ammian.*), ἄνδρα πολεμικῶτατον, εἶναι σὺν αὐτῷ, δοτις καὶ πολλὰ κάστρα Περσικὰ παρὰ τὸν Εὐφράτην κείμενα καὶ ἐν μέσῳ τῶν διάταυν ἐν νήσοις δύτα ἐπόρθησε καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς δύτας Πέρσας ἀνείλε. Βίκτορα δὲ καὶ Δαγαλάΐφον κατέταξεν διπισθεν τῶν λοιπῶν πλοίων εἶναι καὶ φυλάττειν τὰ πλήθη. Καὶ κατῆλθεν διὰ βασιλεὺς μετὰ τοῦ στρατοῦ παντὸς διὰ τῆς μεγάλης διώρυγος τοῦ Εὐφράτου τῆς μισγούσης τῷ Τίγρητι ποταμῷ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν

αὐτὸν Τίγρητα ποταμὸν, δπου μίγνυνται οἱ δύο ποταμοὶ καὶ ἀποτελοῦσι λίμνην μεγάλην. Καὶ παρέβαλεν εἰς τὰ Περσικὰ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν λεγομένων Μαζανιτῶν πλησίον Κτητιφῶντος πόλεως, ἐνθούν πῆρε τὸ Περσικὸν βασιλεῖον· καὶ ἐπικρατής γενόμενος Ἰουλιανὸς διὰ βασιλεὺς ἐσκήνωσεν ἐν τῇ πεδιάδι τῆς αὐτῆς πόλεως Κτητιφῶντος, βουλόμενος μετὰ τῆς ἴδιας συγκλήτου καὶ ἔως Βαθυλινούς εἰσελθεῖν καὶ παραλαβεῖν τὰ ἔκειται. Οἱ δὲ βασιλεὺς Σαβδούραροάκιος ὑπονοήσας δτι διὰ τῆς Νισιθεῶς ἡρχετο διὰ βασιλεὺς Ρωμαίων Ἰουλιανὸς, δρμητε κατ' αὐτοῦ μετὰ τοῦ πλήθους αὐτοῦ παντός. Ἀπαγγελθέντος δὲ αὐτῷ δτι διπισθεν αὐτοῦ ἐστιν διὰ βασιλεὺς Ρωμαίων Ἰουλιανὸς παραλαβέν τὰ Περσικὰ μέρη, καὶ δτι ἐμπροσθεν αὐτῷ ἀπαντῶσιν οἱ στρατηγοί· τῶν Ρωμαίων καὶ πλήθη πολλὰ, καὶ γνοὺς δτι ἐμεσάσθη, φεύγει εἰς τὴν Περσαρμενίαν, δόλω πέμψας δύο συγκλητικοὺς αὐτοῦ καὶ αὐτοὺς κατὰ ἴδιαν βούλησιν ρίνοτομήσας πρὸς Ἰουλιανὸν τὸν βασιλέα Ρωμαίων, ἵνα πλανήσασιν αὐτὸν, πρὸς τὸ μὴ καταδιψθέντα αὐτὸν φθασθῆναι. Οἱ δὲ ρίνοτομηθέντες Πέρσες (*sic*) ἥλθον πρὸς τὸν βασιλέα Ρωμαίων προδόσσαι, φαστὶν, θέλοντες τὸν βασιλέα Περσῶν, ὃς τιμωρησάμενον αὐτούς. Ἀπατηθεὶς δὲ παρ' αὐτῶν ἐπομνυμένων διάτοις βασιλεὺς Ἰουλιανὸς ἥκολούθησεν αὐτοῖς μετὰ τοῦ ἴδιου στρατεύματος· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον καὶ ἀνυδρον ἐπὶ μίλια ρύν, πλανήσαντες αὐτοὺς, τῇ εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ Δαισίου τοῦ καὶ Ἰουνίου μηνός. Καὶ εὑρὼν (*εὔρον?*) ἐκεῖ τείχη παλαιὰ πεπτωκότα πόλεως λεγομένης Βουδίων, καὶ ἀλλο δὲ χωρίον, ἐστώτων μὲν τῶν οἰκημάτων, ἔρημον δὲ ἦν, δπερ ἐλέγετο Ἄσια· ἐνθα ἐλθὼν διὰ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς καὶ διὰ πᾶς στρατὸς τῶν Ρωμαίων ἐκεῖ ἐσκήνωσεν. Ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς τόποῖς

invenit, ipse quattuor millia militum alia adjecit, Accameo (Machamœo sec. Ammian. xxv, 1, 2) et Mauro ducibus constitutis. Inde autem discedens, Aborreæ fluminis ponte trajecto, classem suam, 1250 naves numero habentem, per Euphratem adventantem reperit. Tum vero in unum coactis copiis cum Anatolio magistro et Salustio prefecto prætorio, consenso alto suggestu, exercitum allocutus est, et fortia ejus facta depraedans, ut paratissimo optimoque animo contra Persas in aciem descendenter hortatus est. Post hæc statim navigia concendere jussis omnibus, ipse quoque in paratam sibi navem ingressus est; præmissis qui exploratores essent, quingentes ex numero lanceariorum et mattiariorum fortissimis viris; vexilla quoque sua sibi præferri jussit, et Lucilianum comitem, virum bellicosissimum, secum habere voluit. Hic plurima Persarum castra Euphrati confinia, et quæ medias inter aquas in insulis sita erant, vastavit, Persis custodibus eorum trucidatis. Extremæ vero classis curam Victori et Dagalaiphō demandavit. Et descendit rex cum exercitu universo per magnum canalem, quo Euphrates Tigridi miscetur, atque in Tigridem, ubi mixti duo illi fluvii ingentem alveum efficiunt. Et in Persidis regionem perrexit, quæ Mauzanitarum vocatur, a Ctesiphonte non procul, ubi reges Persarum sedes suas habuerunt. Figebat autem vicer imperator Julia-

nus tentoria sua in ipsa Ctesiphontis planicie, in animo habens ad Babylonem usque cum primoribus suis penetrare eamque subjugare. Persarum vero rex Sabburascius existimans imperatore Romanum per Nisibim iter instituisse, copiis suis omnibus instructis, adversus eum proficiscitur. Certior autem factus Julianum sibi a tergo esse regiones Persicas occupantem, a fronte autem Romanos duces cum exercitu magno se adorturos instare: mediis se hostibus inclusum sentiens in Persarmeniam fugit, cavensque sibi ne ab hostibus prehenderetur, ex primoribus suos duos, naribus proprio illorum ex consensu abscessis, dolose mittit, qui Julianum in avia abducent. Duo itaque hi imperatore Romanorum adeuntes, Persarum ei regem, ob illatas sibi injurias, se prodituros esse dicebant. Quumque juramento sese in hoc obstrinxissent, imperator dolis eorum delusus, ipse cum exercitu hos itineris duces secutus est. Et per errores duxerunt eum in deserta et aquæ carentia ad milliaria centum quinquaginta, die vicesima quinta Dæsii sive Junii mensis. Invenerunt ibi mœnia quedam antiqua et collapsa urbis, quæ Bubia olim vocabatur, et aliud quoddam castellum, Asiam nomine, quod domicilia quedam adhuc stantia habebat, sed desertum erat. Ibi imperator cum exercitu considens, castra posuit, sed nec militi cibum, nec iu-

γενόμενοι ἐλίποντο τροφῶν, καὶ οὐδὲ τοῖς ἀλόγοις ὑπῆρχε βιτάνη· ἦν γάρ ἐργαλία· καὶ γνῶν δι πᾶς στρατὸς Ῥωμαίων ὅτι ἀπατηθεὶς δι βασιλεὺς ἐπλάνησεν αὐτοὺς καὶ εἰς ἔρημους ἤγαγε τόπους, εἰς πολλὴν ἀταξίαν ἐτράπησαν. Τῇ δὲ ἔξῃς ἡμέρᾳ μηνὶ Ἰουνίου κεῖται, ἀγαγὼν τοὺς πλανήσαντας αὐτὸν Πέρσας ἔξήτασεν αὐτούς· καὶ ὡμολόγησαν λέγοντες ὅτι « ὑπέρ πατρίδος καὶ τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἵνα σωθῆι, ἐδώκαμεν ἡμᾶς ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, καὶ ἐπλανήσακεν ὑμᾶς· ἵδου οἱ δοῦλοι σου ἀπεθάνομεν. » Καὶ ἀπεδέξατο αὐτοὺς μὴ φονεύσας αὐτούς, ἀλλὰ δοὺς λόγον αὐτοῖς, ἵνα ἔνδιλωσι τὸν στρατὸν ἐκ τῆς ἔρημου χώρας. Καὶ περὶ ὥραν δευτέραν τῆς αὐτῆς ἡμέρας δι βασιλεὺς Ἰουλιανὸς παρών τὸ στράτευμα καὶ δυσωπῶν αὐτούς μὴ ἀτάκτως φέρεσθαι ἐτρώθη ἀδήλως· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν ἴδιον παπυλεῶνα διὰ τῆς νυκτὸς τελευτῇ, ὃς δι προγεγραμμένος Μάγνος ἐξέθετο.

Εὗταχιανὸς δὲ δι χρονογράφος δι Καππάδοξ, στρατιώτης ὁν καὶ βικάριος τοῦ ἴδιου ἀριθμοῦ τῶν Πριμοχριμενιακῶν, παρὼν καὶ αὐτὸς ἐν τῷ πολέμῳ, συνεγράψατο ὅτι κατελθὼν δι αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς μονάς ιε' ἐπὶ τὰ Περσικὰ μέρη διὰ τοῦ Εὐφράτου εἰσῆλθε

καὶ ἐπικρατής γενόμενος καὶ νικήσας πάντας παρέλαβεν ἔως πόλεως λεγομένης Κτησιφῶντος, ἐνθα δι βασιλεὺς Περσῶν ἐκάθητο, ἐκείνου φυγόντος ἐπὶ τὰ μέρη τῶν Περσαρμενίων, καὶ βουλομένου μετὰ τῆς ἴδιας συγκλήτου καὶ τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ ἀχρι τῆς Βασιλῶνος τῇ ἔξῃς ὁρμῆσαι καὶ ταύτην παραλαβεῖν διὰ τῆς νυκτός. Καὶ οὓς καθεύδει, εἶδεν ἐν ὄραματι τινὰ τέλειον ἄνδρα ἐνδεδυμένον ἔδιπλον καὶ εἰσελθόντα πρὸς αὐτὸν εἰς τὸν παπυλεῶνα αὐτοῦ πλησίον τῆς πόλεως Κτησιφῶντος ἐν πόλει λεγομένη Ἀσίᾳ, καὶ κρούσαντα αὐτὸν λόγγη· καὶ πτονθεὶς ἔξυπνισθη κράζας· καὶ ἔξανέστησαν οἱ κουβικουλάριοι εὐνοῦχοι καὶ σπαθάριοι καὶ δι στρατὸς δ φυλάττων τὸν παπυλεῶνα, καὶ εἰσελθόντες πρὸς αὐτὸν μετὰ λαμπάδων βασιλικῶν· καὶ προσεσχηκώς Ἰουλιανὸς δι βασιλεὺς ἑαυτὸν σφαγέντα κατὰ τῆς μασχαλῆς ἐπηρώτησεν αὐτούς· « Πῶς λέγεται ἡ κώμη ὅπου ἔστιν δι παπυλεῶν μου; » καὶ εἶπον αὐτῷ ὅτι Ἀσία λέγεται. Καὶ εὐθέως ἔκραξεν· « Ὡ Ήλιε, ἀπώλεσας Ἰουλιανόν. » Καὶ ἐκχυθεὶς τὸ αἷμα παρέδωκε τὴν ψυχὴν ὥραν νυκτερινὴν πέμπτην (ἔτους κατὰ Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην χρηματίζοντος ιε').

mentis pabulum in tam deserto loco invenire potuit. Exercitus itaque totus quum intelligeret ab imperatore transfigurarum dolis deluso se in loca inculta abductum esse, tumultus statim ciebat maximos. Die autem sequente, nempe Junii vicesima sexta, imperator Persas illos, errorum auctores, coram adduci jussit. Interrogati « Nos, aiebant, pro rege ac patria morti nos addicentes fraudem vobis fecimus. Ecce servi tui ad necem parati sumus. » Imperator vero ita eos exceptit, ut salvos fore fide data promitteret, modo exercitum suum ex deserto deducere. Et circa horam secundam ejusdem diei Julianus imperator, dum exercitum lustrans militum ut ordinem servaret horlatur, ab incerta manu vulneratus est. Et in tentorium suum regressus eadem nocte vitam finivit, uti *Magnus*, quem supra commemoravi, tradidit.

Eutychianus autem chronographus, Cappadox, et ipse expeditionis illius socius et vicarius cohortis sue Primoarmeniorum, scriptum reliquit Julianum imp., emenso quindecim dierum itinere, in regiones Persicas per Euphratem

penetrasse; ubi bello superior factus et ubique victor omnia subegit usque ad Ctesiphontem urbem, regni Persarum sedem regiam, rege ipso in Persarmeniam suga elapsio. Sequentem autem die, primoribus et exercitu stipatus, Babylonem usque penetrare destinaverat, urbem cam de nocte aggressurus. Inter dormiendum vero per somnum vidit virum quendam adulturn, lorica indutum, qui tentorium regium in Asia, urbe Ctesiphonti vicina, erectum ingressus; hasta eum percussit. Ipse autem horrore expergesfactus exclamitare: confessim igitur consurgentes cubicularii eunuchi et spatharii quique ad tentorium regis excubias agebant milites, cum lampadibus regis ad eum ingressi sunt. Julianus autem imp., quum animadvertisset se sub axilla letale vulnus accepisse, de vici nomine, ubi positum erat tentorium, sciscitatus est. Asiam vero vocari respondentibus illis, elata statim voce exclamavit: « O Sol, Julianum perdidisti! » Et effuso sanguine animam efflavit, hora noctis quinta anno aerae Antiochenæ 411.

Cambridge University Press

978-1-108-01665-0 - Fragmenta Historicorum Graecorum, Volume 4

Edited by Karl Muller

Excerpt

[More information](#)

EUNAPIUS SARDIANUS.

Eunapius Sardianus, rhetor et historicus, natus est circa annum 347 p. C. Cognatus fuisse videtur Eunapii ejus, qui ipse quoque haud infimi nominis rhetor, a Lydis missus ad Julianum imperatorem legatione non absque laude perfunctus est (360 p. C.). Vide Eunap. fr. 15 et 45. Nostrum in Asia puerum eruditiv Chrysanthius, sophista et theologus gentilis, qui Melitam, consobrinam Eunapii, in matrimonium duxerat, quemque Julianus, antequam ad expeditionem Persicam proficeretur (362), summum Lydiæ pontificem constituit (*). Jam prima hac institutione Eunapio inculcata fuerit superstitionis ista doctrina, miraculorum consecutrix, quam inter gentiles philosophos tum maxime vigentem, contra Christianos tueri, moderate tamen, Chrysanthius studebat. Ætatis anno decimo sexto (an. 362) ex Lydia juvenis in Græciam iter suscepit (**), ut Athenis se in disciplinam daret Proæresii, qui senex tunc octogenarius inter Athenienses sophistas principem locum obtinebat. In ipsa autem navigatione Eunapius febri correptus vehementi, adeoque vi morbi prostratus est, ut, appulsa nave, manibus popularium suorum, quos itineris socios habuerat, e Piræo in urbem adesque Proæresii deportatus sit. Ibi morbo ingravescente quum de salute Eunapii

(*) Eunapius Vit. Chrysanth init p. 117 ed. Boiss. : Ταῦτης τῆς γράφεις αἵτιος ἦνετο Χρυσάνθιος, τὸν τε γράφοντα ταῦτα πεπαιδεύκως ἐν παιδός, καὶ διασεωκώς εἰς τέλος, ὥσπερ νόμον τινὰ, τὴν περὶ αὐτὸν εὐνοιαν.

Idem Vit. Maximi p. 56 : ... Χρυσάνθιος γυναῖκα εἶναι... Μελιτήν ὄνομα ἔχουσαν καὶ ὑπ' αὐτοῦ θαυμαζομένην διαφέροντας, τοῦ δὲ ταῦτα γράφοντας ἀνέψην.

Idem ib. p. 57 : Ἀρχιερέα δὲ ἀπόδειξας (Ιουλιανὸς) τὸν τε ἄνδρα (Χρυσάνθιον) καὶ τὴν γυναῖκα τῆς Λυδίας, καὶ ὑπ' ἐκείνους ἐπιτρέψας εἶναι τῶν ἀλλων τὴν αἵρεσιν, αὐτὸς ἐπὶ τὸν Περσικὸν συνήγειτο πάλευμον.

Idem Vit. Chrysanth. p. 111 : Οὐ δὲ Χρυσάνθιος τὴν ἀρχιερωσύνην τοῦ παντὸς ἔθνους λαβὼν κτλ.

(**) Eunap. Vit. Proæres. p. 74 : Διέσαλε μὲν γάρ δὲ ταῦτα συντιθεῖς ἐξ Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην καὶ Ἀθήνας, τελῶν εἰς ἔκτον καὶ δέκατον ἔτος. — Idem ib. p. 92 : Ιουλιανοῦ δὲ βασιλεύσαντας, τόπου τοῦ παιδεύειν ἔξειργόμενος (Προαιρέσιος, an. 362) — ἐδόκει γάρ εἶναι Χριστιανός — σοφίᾳ τινὶ περιήλθε τὴν πρόγνωσιν... Οὐ δὲ συγγραφεὺς κατὰ τουτον τὸν χρόνον εἰς ἔκτον που καὶ δέκατον ἔτος τελῶν παρῆλθε τε εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τοῖς ὅμιλοτας ἐγκατειμήγη. — Idem Vit. Maximi p. 58 : Καὶ δὲ ταῦτα γράφων ἐποιέσυτο κατ' ἐκείνους τὸν χρόνον (quibus Julianus expeditionem Persicam suscepit), παῖς ὁν καὶ εἰς ἐφῆβους ἄρτι τελῶν. — Eunap. Histor. fr. 8 : Κομιδὴ γάρ ἦν δι γράφων τάδε παῖς, ἡνίκα ἐσαΐστησεν (Ιουλιανός).

jam desperarent, Ἀσχίνες Χίος medicus os moribundo per vim aperuit eique medicamentum infudit, quo alvus descendit copiosus, levatusque Noster τὸν ἀέρα εἶδε καὶ ἐπέγνω τὸν οἰκεῖον. Sanitati restitutus, balneaque, quo initiari novitii discipuli solebant, a Proæresii alumnis purgatus, collegio scholasticorum adscribitur. Paterno deinceps amore Sardianum juvenem magister amplexus est, meritaque ejus Eunapius grati animi pietate rependit (Vit. Soph. p. 74-76). Quadriennio post, sive ætatis anno vicesimo, arcana doctrinæ theurgicæ, quæ a Iamblichio est profecta, Eunapio reclusa sunt (*). Eodem fere tempore, opinor, mysteriis Eleusiniis initiatus est (**). Deinde, postquam per quinque jam annos Athenis commoratus erat, in Ægyptum (Alexandriam) se conferre statuit, verum a parentibus in Lydia revocatus est, ubi, hortantibus amicis, rhetoricen profiteri cœpit (***) . Magisterio huic horas impendebat matutinas; deinde ad meridiem usque et ultra ex ore pendebat Chrysanthii, qui quem literarum elementis olim imbuerat, nunc in adyta sublimioris philosophiaæ suæ docendo introduxit (****). Præterea discende arti medicæ Eunapius operam navavit. Nam ægrotanti quondam Chrysanthio seni quum venam incidere medici vellent, obstitisse se, idque saluti Chrysanthio suis dicit, addens : Θύδε γάρ ἀπειρος ἵατρικῆς δι ταῦτα γράφων (Vit. Chrys. p. 119). Idem etiam ex Historiis colligas, in qua saepius metaphoris utitur ab arte medica repetitis. Denique Nostrum

(*) Eunap. Vit. Soph. p. 20 : Ο γοῦν ταῦτα γράφων, ἐκ παιδὸς ἀκροτῆτος Χρυσανθίου γενόμενος, μόλις εἰς εἰκοστὸν ἔτος ἤξιοντο τῶν ἀληθεστέρων, οὕτω μέγα τι χρῆμα εἰς ἡμέρας τῆς ἴασιθλίου φιλοσοφίας διετάθη καὶ συμπαρέτειν τῷ χρόνῳ.

(**) Idem p. 52 : Τοῦ δὲ ἱεροφάντου κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον (sc. Juliani tempp.) ὅστις ἦν τούνομα οὐ μοι θέμις; λέγειν ἐτέλει γάρ τὸν ταῦτα γράφοντα.

(***) Idem p. 92 : Οὐ δὲ συγγραφεὺς... ἀγαπηθεῖς διτ' αὐτοῦ (τοῦ Ηροσιρείου) καθάπερ παῖς γνήσιος, ἡπείγετο μὲν μετὰ πέμπτου ἔτος εἰς τὴν Αἴγυπτον, οἱ δὲ πατέρες καλούντες ἐπὶ Λυδίας ἐξεβιάσαντο κακεῖνῳ μὲν σφιστικῇ προύκειτο.

(****) Idem p. 114 : Τὸν δὲ ταῦτα γράφοντα ἐκπαιδεύσας νέον ἔτι ὄντα, ἡνίκα ἐπανῆλθεν Ἀθηνῆθεν, οὐκ ἔλαττον ἡγάπα, ἀλλὰ καὶ προσετίθει καθ' ἡμέραν τῷ διαφέροντι τῆς εὐνοίας, ἐς τοῦτο ἐκκινήσας, ὥστε τὰ ἔωθινά μὲν δι συγγραφεῦς ἐπὶ ἡρτορικοῖς λόγοις ἔτέρους συνῆν, καὶ τοὺς δεομένους ἐπαίδευεν, μικρὸν δὲ ὑπὲρ μετημορίας ἐπαιδεύετο, παρὸ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἴων διδάσκαλον, τοὺς θειοτέρους καὶ φιλοσόφους τῶν λόγων ἡνίκα οὔτε ὁ παιδεύων ἔκαμψεν ἐρῶντι συνών, τῷ τε ἐκδειγμάτῳ τὰ μαθήματα τῷ ἔργον ἦν παντηγμένι.

videbimus familiarem fuisse celeberrimi suae ætatis medici, Oribasii, qui Chrysanthium morbo postremo laborantem tractavit (Eunap. Soph. p. 120). Nullusque dubito quin Noster sit Eunapius ille, cui τῶν Εὐπορίστων tetrabiblum Oribasius inscripsit. Præter allata de vita Eunapii nihil compertum habemus, nisi quod ad proiectam satis ætatem pervenerit. Nam in historiis scribendis occupatum adhuc fuisse post annum 414, senem septuagenarium, ex fragm. 87 consequitur.

Opera Eunapii novimus duo, *Bίους φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν* et *Romanæ historiæ libros quattuordecim*. In illo sermonem instituit de viginti tribus philosophis et sophistis, quorum major pars vel æquales Eunapii fuerunt, vel proxime ætatem scriptoris attigerunt. De plurimis pauca verba jecisse satis habet; nobiliores prolixiore quidem stylo prosequitur, ita tamen ut βιογράφου munus prorsus eludat. Neque ordinem rerum neque delectum curans, incompositam farraginem nebulosa involvit narratione, quam dicendi genere deturpat scabroso isto et inepte picturato, quod tanquam nervosum simul et elegans ista ætas admirabatur.

Alterum opus, ἡ μετὰ Δέξιππον ἱστορία χρόνική, historiam Romanam continebat inde a Claudio II decessu (270 p. C.), in quem Dexippi Chronicæ desierant, usque ad Arcadii annum decimum (404 p. C.), quo Arsacius, pulso Johanne Chrysostomo, episcopalem Constantinopolis sedem occupavit, uxorque Arcadii Eudocia ex abortu mortua est (Vid. testim. Photii). Hæc annorum 134 historia per quattuordecim libros ita erat distributa, ut libro primo compendiaria ratione percurreret (διὰ τῶν ἀναγκαῖων ἐπιτρέχει, Eunapius ait) res annorum 85, qui a Claudio labuntur ad Julianum Cæsarem (271–355), dehinc ad argumentum, quod primo consilio sibi delegerat, accederet, et diducta narratione per reliquos libros tredecim historiam Juliani, Valentis, Theodosii et Arcadii usque ad annum 404 explicaret. Rursus in his quasi cardo exstitit beatum regnum Juliani. Hic lux est, reliqui umbra; hic candidus Graecorum Apollo; reliqui, τοῦ ἀνεσχολοπισμένου σοφιστοῦ sectatores, atrum et averruncandum vulgus monachorum. Καὶ σχεδόν τι, Photius ait, τὸ τῆς ἱστορίας αὐτῷ εἰς τὸ ἔχειν (Ἰουλιανοῦ) ἔγχώμιον συντεθὲν ἔξεπονθῇ. Idque ipse etiam Dexippus fatetur (fr. 1): Καὶ πάντα γε εἰς τὸν Ἰουλιανὸν ἀναφέρειν ἔδοχει, διὸ ἔβασιλευσε μὲν ἐφ' ἡμῖν, τὸ δὲ ἀνθρώπινον αὐτὸν ὥσπερ τινὰ θεὸν προσεκύνουν ἀπαντεῖ. Et in procœmio libri secundi (fr. 8): Φέρεται δὲ ἐντεῦθεν ὁ λόγος ἐφ' ὅνπερ ἐφέρετο ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἀναγκάζει γε ἐν τοῖς ἔργοις ἐνδιατρίβειν ὥσπερ τι πρὸς αὐτὸν ἐρωτικὸν πεπονθότας. Ceterum ad Juliani res posteritati man-

dandas non suo tantum ipsius impetu ferebatur, sed quotquot tunc doctrinæ laude eminebant, omnes absque remissione Eunapium instanter precabantur, ut hanc provinciam vellet suscipere: præ ceteris autem Oribasius ille Pergamenus medicus, qui Juliani comes perpetuus consiliorumque omnium socius fuerat. Is enim, Eunapius ait, ἀσεβεῖν ἔδοι περιφανῶς, εἰ μὴ συγγράψοιμι: καὶ τῶν γε πράξεων (πάσας γὰρ ἡ πίστατο παρὸν ἀπάσαις) μᾶλα ἀκριβῶς ὑπόμνημα συνετέλει πρὸς τὴν γραφήν (fr. 8).

Desinit opus in annum 404, uti monui. Quem quidem terminum operi non auctoris consilium sed fati necessitas posuisse videtur. Certe non percipio ego cur Eunapius, quem post annum 414 in scribendo adhuc versatum esse scimus (fr. 47), in anno 404 subsistere, quam ad mortem usque Arcadii (408) narrationem, si licuisset, deducere maluerit. — Porro libros operis quattuordecim non uno tenore Eunapius perscripsit, neque simul in publicum edidit. Etenim quum Eunapius in Vitis sophistarum Historias suas de rebus quæ ad Juliani, Valentis et Theodosii tempora pertinent, ita laudet ut eas tunc jam editas esse appareat (v. fr. 14. 19. 22. 25. 45. 55): in Vita Prisci (fr. 65), ubi de Hilario loquitur, qui a Gothis sub Alaricho Graeciam vastantibus (an. 396 p. C. Arcadii anno 1) occisus sit, ita habet: Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς διεξοδοῖς, ἐὰν τῷ δαιμονὶ δόξῃ, γραφήσεται. Igitur primum composuit Historias usque ad mortem Theodosii (270–395), ut videtur; deinde scripsit Vitas sophistarum (circa ann. 405); denique post annum 414 Historias suas continuavit, Arcadiisque regnum additus erat; quod consilium quominus ad exitum perduceret morte prohibitus esse videatur. — Quæ quum ita sint, putari possit τὴν νέαν Ἰστορίας ἔκδοσιν, cuius tituli Except. De sentent. atque Photius mentionem faciunt, de opere ab ipso Eunapio retractato continuatoque debere intelligi. At quæ Photius refert in eam potius ducent sententiam, ut nova ista recensio a Christiano aliquo bibliopola profecta sit, qui resectis convitiis, quibus religioni nostræ Eunapius insultaverat, emendatum sic et castigatum opus iterum ediderit. Est hæc Niebuhrii sententia probabilissima. Ita habet vir clarissimus (Script. hist. Byz. tom. I, p. xix): « Quum duplarem editionem Historiæ Photius vidisset, Constantinianæ eclogæ, ut inscriptio docet, e secunda sumptæ sunt, ubi loci plurimi, in quibus scriptor rabido adversus Christians odio effrenate indulserat, ita recisi essent, ut, Photio judice, liantes lacunæ apparerent, et sequentia plurima laborarent obscuritate. Cujus vitium culpam Photius in Eunapium ipsum confert: con-

FRAGMENTA.

9

jecturane ductus an testimonio, non constat. Scriptorem mutilatum opus ita reliquisse, ut in his quæ manebant sensus laboraret, sane non probabile est. Ac fieri certe potest ut non ipse scriptor, sed bibliopola, indocti amanuensis opera, libros ab iis locis qui vendentibus periculum crearent liberare animum induxerit: qualia sunt expurgata, quæ vocant, exemplaria, quæ in regionibus ubi decreta concilii Tridentini recepta fuerunt, non raro occurunt.

De auctoritate Eunapii non est cur multus sim. Quemadmodum ab usu rerum civilium alienus fuisse videtur, sic in historiam intulit, quæ sedulo arcenda erant, rhetoris professionem atque studia et iram mentis preoccupatae. Hinc oratio ab limpida historiæ tranquillitate prorsus abhorrens; hinc tractationis genus epidicticum, quo spernitur ἡ ἀκρίβεια historicæ tanquam humilius quid (*); hinc denique, quod maximum est, judicia de rebus personisque perversa nullaque ad veri justique normam directa et ponderata. Ceterum quodsi Eunapius calamitates, quæ in Romanum imperium irruerunt, omnes ex spretis sacris majorum adscitaque Christianorum religione perperam sane repetendas esse censuit, ideoque Julianum in cœlum evexit, Christianos imperatores insanis conviciis oneravit: meminisse juvat quantopere in contrarium partem peccaverint scriptores Ecclesiastici, qui Constantini, Juliani et Theodosii res literis consignarunt. Haud minimum igitur ad singula quæque recte trutinanda momentum asserret opus Eunapianum, si integrum ad nos perdurasset. Nunc acquiesendum nobis est in Excerptorum Constantinianorum parte superstite et in Zosimo, quem in rebus ab Eunapio tractatis hunc ipsum sibi ducem selegisse et quodammodo in compendium redigisse tum diserte Photius testatur, tum ex reliquiis Sardiani nostri colligitur.

TESTIMONIA.

Photius Bibl. cod. 77: Ἀνεγνώσθη Εὐναπίου Χρονικῆς ίστορίας τῆς μετὰ Δεξιππον, νέας ἐκδόσεως, ἐν βιβλίοις τεσσαρεσκαίδεκα. Ἀρχεται μὲν τῆς ίστορίας ἀπὸ τῆς Κλαυδίου βασιλείας, ἐς δὲ τὴν Όνουρίου καὶ Ἀρχαδίου τῶν Θεοδοσίου παιδῶν βασιλείαν, ἔκεινον τὸν χρόνον τέλος τῆς ίστορίας ποιησάμενος, δὲ Ἀρσάκιος μὲν τοῦ χρυσοῦ τῆς ἑκκλησίας στόματος Ιωάννου ἀπελαθέντος εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνηγμένος ἱεράτευεν, ἡ δὲ τοῦ βασιλεύοντος Ἀρχαδίου γυνὴ κατὰ γαστρὸς ἔχουσα καὶ ἀμβλώσασα τὸν βίον ἀπέλιπεν.

(*) Sic chronologiae contemptorem se fatetur Eunapius (fr. 1)

Οὗτος δὲ Εὐνάπιος Σαρδιανὸς μὲν γένος ἐστί (τὰς γὰρ ἐν Λαδίᾳ Σάρδεις ἔσχε πατρίδα). δυσσεῆς δὲ τὴν θρησκείαν ὅν (τὰ Ἐλλήνων γὰρ ἔτιμα) τοὺς μὲν εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κοσμήσαντας παντὶ τρόπῳ καὶ ἀνέδην κακίζων διασύρει, καὶ μάλιστα γε τὸν μέγαν Κωνσταντίνον, ἔξαρις δὲ τοὺς δυσσεῆς, καὶ τῶν ἄλλων πλέον Ιουλιανὸν τὸν παραβάτην, καὶ σχεδόν τι τὸ τῆς ίστορίας αὐτῷ εἰς τὸ ἑκείνου ἐγκώμιον συντεθὲν ἔξεπονθη. Ἐστι δὲ καλλιεπῆς τὴν φράσιν, εἰ περιέλοι τις αὐτῷ τῶν λόγων τὸ ἀλεκτρυονῶδες καὶ ἔλαφωδεστερον, καὶ συωδέστερον, καὶ δὴ καὶ τοὺς Ἱερακώδεις, καὶ κορακώδεις, καὶ πιθηκώδεις, καὶ τὸ ποταμῶδες δάχρυον, καὶ τὰ δύοισα· τούτοις γὰρ καὶ τὴν ἄλλην τῶν ὀνομάτων περιληψανταί καὶ διανοθένει εὐγένειαν. Καὶ τροπαῖς μὲν κέχρηται παραβόλως, δπερ δ τῆς ίστορίας οὐκ ἔθελι νόμος, ἀφαιρεῖται δὲ τὸ λυποῦν ἡ τῆς λέξεως ἔμφασις τὰ πολλὰ καὶ ἀστεότης. Τῇ συνθήκῃ δὲ καὶ τῷ σαφεῖ πρὸς ίστορίαν καὶ ταῖς περιόδοις συμμέτρως καὶ οἰκείως ἔχει· πλὴν ἐνιαχοῦ δικανικώτερον μᾶλλον ἡ ίστορικώτερον μεστοῦ καὶ περιβάλλει τὸν λόγον. Νεωτερίζει δ' οὐκ διλύγα καὶ περὶ τὰς συντάξεις, πλὴν οὐκ εἰς τὸ ἄχρι, οὐδὲ εἰς τὸ ταῖς μεθόδοις λαβήν ἐπιδοῦνται.

Δύο δὲ πραγματείας τὴν αὐτὴν περιεχούσας ίστορίαν συνεγράψατο, πρώτην καὶ δευτέραν. Καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πολλὴν κατὰ τῆς καθαρᾶς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως κατασπείρει βλασφημίαν, καὶ τὴν Ἐλληνικὴν ἀποσεμνύνει δεισιδαιμονίαν, πολλὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καθαπτόμενος· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἦν καὶ νέαν ἔκδοσιν ἐπιγράφει, τὴν μὲν πολλὴν ὕδριν καὶ ἀσέλγειαν, ἥν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐσκέδαξεν, ὑποτέμνεται, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς συγγραφῆς σῶμα συνείρας, νέαν ἔκδοσιν, ὃς ἔφημεν, ἐπιγράφει, ἔτι πολλὰ τῆς ἔκεισε λύσσης ὑποφαίνουσαν. Ἀμφοῖν δὲ ταῖς ἀδόστησιν ἐν παλαιοῖς ἐνετύχομεν βιβλίοις, ιδίως ἐκατέραν ἐν ἑτέρῳ τεύχει καὶ ἑτέρῳ συντεταγμένην· ἐξ ὧν αὐτῶν καὶ τὴν διαφορὰν ἀναλέξαμενοι ἔγνωμεν. Συμβαίνει οὖν ἐν τῇ νέᾳ ἔκδόσει πολλὰ τῶν χωρίων διὰ τὰς γεγονημένας τῶν ῥητῶν περικοπὰς ἀσφῶνς ἔκκεισθαι, καίτοι φροντιστής ἐστι τοῦ σαφοῦς· ἀλλ' ὅτῳ τρόπῳ λέγειν οὐκ ἔχω, μὴ καλῶς κατὰ τὰς περικοπὰς ἀρμόσας τοὺς λόγους ἐν τῇ δευτέρᾳ ἔκδόσει τὸν νοῦν λυμαίνεται τῶν ἀναγνωστομένων. Ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος.

Idem cod. 98, de Zosimo: Εἴποι δ' ἀν τις, οὐ γράψαι αὐτὸν ίστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ συντάμῳ μόνον διαφέρουσαν, καὶ διτὶ οὐχ, ὥσπερ ἔκεινος, οὕτω καὶ οὗτος Στελίγωνα διασύρει. Τὰ δ' ἀλλὰ κατὰ τὴν ίστορίαν σχεδόν τι δὲ αὐτὸς καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν εὐσεβῶν βασιλέων διαβολαῖς. Δοκεῖ δέ μοι καὶ οὗτος δύο ἔκδόσεις, ὥσπερ κάκεῖνος, πεποιηκέναι· ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν προτέραν οὐκ εἶδον· ἦν δὲ ἀνέγνωμεν, ἐπέγραψε νέας ἔκδόσεως, ἐξ ὧν συμβαίνει ἦν καὶ ἑτέραν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τῷ Εὐν-

πίω, ἐκδεδόσθαι. Σαφῆς δὲ μᾶλλον οὗτος καὶ συντομώτερος, ὥσπερ ἔφημεν, Εὐναπίου· καὶ τοῖς τρόποις, εἰ μὴ σπάνιον, οὐ κεχρημένος.

ARGUMENTUM.

Fr. 1. LIBRI PRIMI, qui usque ad Juliani Cæsaris tempora pertinet, proœcium. — 2. *Aurelianus*. Seleucis avis. — 3. *Probus* (Cremna in Lycia obseissa). — 4. *Carini indoles*. — 5. *Diocletianus* fines imperii R. muris copiisque firmat. — 6. Jovii et Herculii, legionum nomina. — 7. Ablabius, præfectus prætorio, a *Constantio* supplicio afficitur (337). — 8. LIBRI SECUNDI proœcium. — **C**ONSTANTIUS ET JULIANUS CÆSAR : 8 a. Constantius in Galliam ablegans Julianum Cæsarem, legatos rerumque omnium administratores ei addit Marcellum et Salustum (355). — 9. Julianus Germanos ad Argentoratum prælio fundit (357). — 10. Julianus contra Chamavos proficiscens Saliis parcere jubet (358). — 11. Chariettōnem, latronem Gallum, socium sibi adjungit contra Quados. — 12. Pacem Chamavis petentiibus concedit, obside retento filio regis captivo (358). — 13. Badomarius, Germanorum princeps, captivos Romanos Juliano restituere recusat (359). — 14. Constantii in Julianum invidia et insidiae. Cyllenius quidam, qui Juliani res contra Alemanno gestas scripserat, ut veritatis parum studiosus ab ipso Cæsare redarguitur. — **J**ULIANUS IMPERATOR : 15. Eunapius rhetor, legatus Lydorum, benigne ab imperatore excipitur (361). — 16. Juliani in judiciis exercendis æquitas. — 17. Salustius aulæ præfectus. Julianus Marcellum in honore habuit, etsi filium ejus conjuratio reum supplicio affecerit (362). — 18. Heraclium cynicum scripta oratione Julianus refutavit. — 19-22. Juliani expeditio Persica. Julianus Seytharum incursions animo præsagitt. Ctesiphontis obsidio. — 23. Post mortem Juliani super creando principe consultatio. (Subjungitur στηλιτευτικὸς κατὰ Εὐναπίου.) — 24. Loci e laudatione Juliani petiti : Juliani ad Oribasium medicum vox; Solis adoratio. — 25. Libanium in deliciis habebat Julianus; in Proæresium infestior erat. — 26. 27. Oracula Juliano data. — 28. *E novi libri proœcilio*. Ad suæ ipsius res ætatis describendas accedens auctor se veritatis studiosissimum fore pollicetur. — **J**OVIANUS. **V**ALENS et **V**ALENTINIANUS (363-378) : 29. Valentinianus Nicææ in Bithynia imperator proclamat (364). — 30. Salustius, præfectus prætorio, homo integerrimus, a munere suo removetur. Valentinianus Rhodanum vel Chrysaphium archicunuchum judicio con-

demnatum cremari jubet. — 31. 32. Procopii rebello (365). — 33. Arbitrio Valentem Procopii cœptis territum ac fluctuantem erigit ac confirmat (365). — 34. Parum absuit quin prælio ad Thyatira commisso imperatoris copiæ ab Hormisda, Procopii duce, cladem acciperent (366). — 35. Supplicia de consciis Procopii sumpta. — 36. *Aelianus*, Valentis dux; ejus indoles. — 37. Belli Gothicæ sub Valente initia (366). — 38. Theodori in Valentem conjuratio (374). — 39. Festus, in Asia proconsul, summa crudelitate sævit in eos qui Theodoreæ conjurationis participes fuisse, artesque magicas exercere videbantur. Perit Maximus philosophus et Cœranus (374). — 40. Perierunt item Simonides, Patricius et Hilarius. — 41. De origine Hunnorum, quorum impetu pulsi Goths in Romanorum ditionem, træjecto Istro, confugerunt (376). — 42. 43. Gothi in fines Romanos admissi jussu Valentis, ruptis foederibus Thraciam late vastant. — 44. Marcianni virtus. — 45. Musonii, Asiæ proconsulis, qui in bello Isaurico cecidit (368), laudatio. — 46. Valens bellum contra Goths parat (378) — 47. Sebastianum ex Italia advocat, virum probum strenuumque, cui bellum istud gerendum committat. — **T**HÉODOSIUS. 48 : Theodosii luxuria. — 49. Infelix rerum publicarum sub Theodosio status. — 50. Nicopolitani in Thracia, qui Gothis se dederat, irrident reliquas Thraciæ civitates spe auxilii resistentes. — 51. Modares, militum dux, strategemate usus Goths in Thracia clade afficit (379). — 52. Julius, in Asia dux, senatum Constantinopolitanum de consiliis Gothorum, per Orientis urbes dispersorum, clanculum certiores facit (380). — 53. Arbogastis Franci, quem una cum Baudone Gratianus Theodosio contra Goths auxilio misit (381), mores et ingenium. — 54. Morbus intestinorum per plures urbes homines corripuit. Quæ calamitas comparatur cum alia quæ, Neronis temporibus, urbis, nescio cujus, incolis accidit. — 55. Goths in Romanorum imperium trajicientes Christianam fidem simulabant, ut fallerent imperatores Christianos. — 56. Magnum asinorum sub Theodosio pretium. — 57. De Gratiani indole (383). — 58. Maximi bellum cum Barbaris, qui in paludes Macedoniae se receperant (388). De dissoluto imperii statu. — 59. Tatianus ejusque filius Proculus (præfectus ille prætorianus, hic urbanus) Rufini fraude circumventi (392). — 60. Conjuratio principum Gothorum a Fravitha suppressa (392). — 61. Theodosius paullo post mortem Gallæ uxoris in bellum contra Eugenium proficiscitur. — **A**RCA DIUS ET **H**ONORIUS : 62. Arcadius et Honorius Theodosio

FRAGMENTA.

11

patri succedunt (395); at rerum omnium potestas erat penes tutores eorum Rufinum et Stelichonem, mutuis illos se inimiciis lassessentes. — 63. 64. Rufini indoles. — 65. Alarichus per Thermopylas in Græciam irrupt. Mors Prisci, Proterii, Hilarii (395. 396). — 66-69. De Eutropii eunuchi indole. — 70. De Timasii, militum præfecti, moribus. — 71. Bargus, homo nequam, in bene de ipso meritos ingratius, machinis Eutropii circumventus peinas dat (396). — 72. Eutropius Timasium et Abundantium, virum consularem, in exilium ejicit (396). — 73. De auctoris in scribenda historia studio veritatis. De malis quibusdam scriptoribus querelæ (E novi libri proœmio). — 74. Nuntios de rebus occidentalibus Eutropii temporibus valde incertos fuisse. — 75. Asiæ minoris provincias immanem in modum diripuit Tribigildus, in Phrygia militum dux; hunc clanulum adjuvavat Gainas. Uterque hoc agebat, ut Eutropium, tamquam omnium istorum malorum auctorem, in invidiam inducerent, potestatemque ejus everterent (399). — 76. Leo, militum dux contra Tribigildum, in Asiam mittitur; homo brutus, at familiaris Eutropii. — 77. Subermachius dux Eutropio deditissimus; ejus origo moresque. — 78. Persæ cujusdam de victoriis Romanorum derisio. — 79. De rebellione Gainæ (400). — 80. Fravitha dux contra Gainam emititur. Ejus indoles. — 81. Fravithæ naves Liburnicæ. — 82. Fravitha ad Chersonesum Gainam vincit; quod victum non sit persecutus a multis ei criminis vertitur. Constantinopolim reduci Arcadius dignitatem consularem defert (401). — 83. Hieracis Alexandrini mores. — 84. Arbasacii ducis, qui contra Isauros bellum gessit (404), mores dissoluti. — 85. Mors Fravithæ. Johannes dux creator. — 86. Bellum Isauricum. Hieracis rapacitas. Hierax ab Herenniano correptus pecunia se redimit (404). — 87. His temporibus, sicuti etiam deinceps sub Pulcheriæ administratione,

præfecturæ gentesque venales erant. Quas qui emerat pro lubitu diripiebat. Sic Hierax, quem accipitrem quasi aquila oppressit Herennianus. — 88. Stelichonis rapacitas.

ΙΣΤΟΡΙΑ Η ΜΕΤΑ ΔΕΞΙΠΠΟΝ.

ΝΕΑ ΕΚΔΟΣΙΣ.

Ε LIBRO PRIMO.

I.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Exc. De sentent. p. 247-253 Mai. : Δεξίππω τῷ Ἀθηναίῳ κατὰ τοὺς Ἀθήνησιν ἀρχοντας, ἀφ' οὗ παρὰ Ἀθηναίους ἀρχοντες, ἱστορία συγγέγραπται, προσαριθμουμένων τῶν Πρωμαῖκῶν ὑπάτων, καὶ πρό γε αὐτῶν τῶν ὑπάτων καὶ ἀρχότων ἀρξαμένης τῆς γραφῆς. Τὸ δὲ ἐπικεφαλαίον τῆς ἱστορίας τὰ μὲν ἀνωτέρω καὶ ὅσα τὸ ποιητικὸν νέμεται γένος, ἐφείναι καὶ ἐπιτρέψαι τῷ πιθανῷ καὶ μᾶλλον ἀναπείθοντι τὸν ἐντυχάνοντα, τὰ δὲ προϊόντα καὶ ἐπὶ πλέον μαρτυρούμενα συνεγγρεῖν καὶ καταχλεῖσαι πρὸς ἱστορικὴν ἀκρίβειαν καὶ χρίσιν ἀληθεστέραν. Βιάζεται γοῦν καὶ συναριθμεῖται τὸν χρόνον εἰς τε τὰς Ὀλυμπιάδας περιγράφων καὶ τοὺς ἐντὸς ἔκαστης Ὀλυμπιάδος ἀρχοντας. Πρόθυρα δὲ κάλλους ἀνάμεστα προθεῖς τῆς συγγραφῆς καὶ προϊών, τὰ τε ἔνδον ἐπιδείξας σεμνότερα, τὸ μὲν μυθῶδες καὶ λίγαν ἀρχαῖον ἀφαιρεῖ, καὶ ἀφίησιν ὡσπερ φάρμακον παλαιὸν καὶ ἀδόκιμον εἰς τοὺς συντεθεικότας. Αἴγυπτίους δὲ χρόνους ἀναλεγόμενος καὶ συνωθούμενος ἐπὶ τὰ πρώτα καὶ τελεώτερα (παλαιότερα; Bekk.) τῶν παρ' ἔκαστοις ἀρχῶν, τοὺς ἡγεμόνας καὶ πατέρας τῆς ἱστορίας ἐκτίθησιν, ἔνδηλος δὲ καὶ σχεδόν τι μαρτυρόμενος, διτὶ τῶν ἀπιστούμενῶν ἔκαστον ἔτερος προλαβὼν εἰρήκεν. Καὶ περιφέρει γε τὴν ἱστορίαν ἐκ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν τῶν ταῦτα

HISTORIA

QUA DEXIPPUM AUCTOR CONTINUAVIT.

EDITIO ALTERA.

1.

PROOEMIUM.

Dexippus Atheniensis juxta annuorum principum, qui Athenis fuerunt, fastos, inde a tempore, quo archontes apud Athenienses esse coeperunt, historiam composuit, Romanis quoque consulibus ex ordine adscriptis. Sed enim quoniam ante consules ipsos atque archontas scriptum exordiatur, id sibi proposuit historicus, ut antiqua nimis et quæ a poetarum gente traduntur, ea singula probabilitati suæ

permittat, et prout cuique lectori videbitur, esse sinat: posteriora autem et quæ testimoniis magis abundant, ea conferat ad historicam severitatem, et sub verioris criticae regulas redigat. Cogit igitur digeritque tempus, iuxta Olympiadum seriem id scribens, juxtaposuit occurrentes in unaquaque Olympiade archontas. Jam pulcherrimo historiæ suæ proœmio præposito, pergit porro; et ipsum scripturæ corpus venustius adhuc ostendens, fabulosa quidem et præsa nimis resecat, atque apud horum auctores, tanquam pharmacum vietum et reprobatum, otiosa esse sinit: Aegyptiaca vero tempora suppeditans atque ad antiquiores purioresque, qui sunt apud quamque gentem, fontes revocans, principes patresque historiæ in medium profert; plane demonstrans ac propemodum testimoniis comprobans, unumquodque ex his incertioribus alium ex alio historico fuisse mutuatum.